

www.e-rara.ch

M. T. Ciceronis Epistolarum volumen, earum quae familiares olim dictae, nunc rectius ad familiares appellantur

Cicero, Marcus Tullius

Augustae Munatianae, 1620

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28569>

Ciceronis epistolarum ad Lentulum, liber I.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



CICERONIS EPI-
STOLARVM AD
LENTVLVM,
LIBER I.

ARGVMENTVM EPISTOLAE.

T. Cornelio Lentulo Spintheri, gentu patricia, Cili-
riam proconsulari imperio administranti, scribit Cicero
de officio suo erga ipsum, in curanda regis Ptolemai re-
ductione: deinde, quia rem non perficiat, excusationem
assert. est autem excusatio multiplex: & quia rex ipse
à Pompeio restitui cupiat, & quia Pompeius idem cu-
pere videatur, & quia consulares totam rem odio ha-
beant: postremò, quia ipse, quum Lentulo debeat, au-
toritatis in causa regia non satù habeat.

Excusatoria & narratoria epistola.

M Cicero s. d. P. Lentulo procos.

EGo omni officio ac potius a pie-
tate erga te ceteris satisfacio om-
nibus, mihi ipse nunquam sa-
tisfacio. tanta enim magnitudo
est tuorum erga me meritorum,
vt, que niam tu, nisi perfecta re, de me non con-
quiessti, ego, quia non idem in tua causa efficio,
vitam mihi esse acerbam putem. In causa hæc
sunt: *b* Ammonius, regis legatus, a pertè pecu-
nia nos oppugnat. res agitur per eosdem *c* cre-
ditores, per quos, quum tu aderas, agebatur. re-

a Pietas erga
optimè meri-
tos, non solùm
erga Deum, &
parentes. Sic

*ep. 9. huius li-
bri in princ.
& 6. lib. 2.*

b Excusatio
rei non perfe-
cta.

c A quibus pe-
cuniã & Pro-
lemius & Ra-
birius sumis-
rât, vt Ptole-
mao darent,

A

gis

*d Ne corruptus
à rege videatur.*

*e Tria coniu-
git: quia nec e-
loquentia sine
grauitate mul-
tum posset, nec
sine studio gra-
uitas.*

*f Hic erat ex
iis, qui regē re-
stitui nolebāt.
g Parentē esse
religioni, qua
vetabat regem
cum exercitu
reduci.*

*h Antiqua lo-
quutio, alibi
usurpata. Vi-
de scholia in
extremolib.*

*i Vide Festum.
k Isauricum,
consularem, &
triumphalem.
l Pōpeij cupi-
ditas ē nesciat.*

gis causa si qui sunt qui velint (qui pauci sunt) omnes rem ad Pompeium deferri volunt. senatus religionis calumniam, non religione, sed maleuolentia, & illius regiae largitionis inuidia, comprobat. Pompeium & hortari, & orare, etiam liberius accusare, & monere vt magnam infamiam d fugiat, non desistimus: sed planè nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. Nam cum in sermone quotidiano, tum in senatu palam sic egit causam tuam, vt neque e eloquentia maiore quisquam, neque grauitate, nec studio, nec contentione, agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorū, & amoris erga te sui. f Marcellinum tibi esse iratum scis. is, hac regia causa excepta, ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. Quod dat, accipimus: quod instituit referre de g religione, & saepe iam retulit, ab eo deduci non potest. Res ante idus acta sic est: nam hæc idibus mane scripsi. Hortensij, & mea, & Luculli sentētia cedit religioni de exercitu: (teneri enim res aliter non potest) sed ex illo S. C. quod te referent factum est, tibi decernit vt regem reducas: h quod commodo reip. facere possis. vt exercitum religio tollat, te auctorem senatus retineat. Crassus tres legatos decernit: nec excludit Pompeium. censet enim etiam ex iis qui i cum imperio sunt: Bibulus tres legatos ex iis qui priuati sunt. huic assentiuntur reliqui consulares, præter k Seruilium, qui omnino reduci negat oportere, & Volcatium, qui, Lupo referente, Pompeium decernit, & Afranium, qui assentitur Volcatio: quæ res auget l suspicionem Pompeij voluntatis. nam aduertebatur

tebatur, Pompeij familiares assentire Volcatio.

Laboratur vehementer: inclinata res est. *m* Libonis & Hypsæi non obscura concursatio & contentio, omniumque Pompeij familiarium studium, in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere videatur. cui qui nolūt, iidem tibi, quod eum ornasti, non sunt amici. Nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus. gratiam autem nostrā extinguit hominum suspicio, quod Pompeio se gratificari putant. *o* Ut in rebus multo antè quàm profectus es, ab ipso rege, & ab intimis ac domesticis Pompeij clam exulceratis, deinde palam à consularibus exagitatis, & in summam invidiam adductis, ita versamur. Nostram omnem, amorem tui absentis præsentis tui cognoscent. si *q* esset in iis fides in quibus summa esse debebat, non laboraremus. Vale.

m Opinor, tibi *n* *buni* pl. hoc enim de Hypsæo tradit Dio. lib. 39. ep. 2. lib. 2. ad *Q. fratrem.* *n* Paulatim Lentulo regis restituendi sp̄e pracidit. *o* Rei difficultatem ostēdit. *p* Propter appetitū regis largitionem. *q* Ita se excusat, ut culpā in alios reiiciat.

ARG. Scribit, quid a sum sit in senatu de causa regia. ostendit de Pompeio se bene sperare, ab eius familiaribus timere. tribuni pl. ne quid moliri contra possint, prousum esse.

Nuntiatoria.

Cicero s. D. Lentulo.

2

IDLIBVS Ian. in senatu nihil est confectum:

propterea quod dies magna ex parte consum- *a* Hic est Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus. *b* Alsenata iū. ob regiam largitionem, *b* reconciliata nobis

A 2

voluntas.

c Iure trium
consularium
sententia pri-
mum pronun-
tiata sunt.
d Quae vetabat
regem cum exer-
citu restitui.
e Vide scholia.

f Id est, multo
plur. ep. 6. l. 3.
Vide scholia.

g Iuerat Len-
tulus in Ciliciam
proconsul.
h Excusat Pō-
peium de se be-
ne meritū, &
culpam cōfert
in eius fami-
liares.

voluntas senatus esse: quod tum dicendo, tum
singulis appellandis rogandisque perspexeram.
Itaque, quum sententia prima c Bibuli pronun-
tiata esset, ut tres legati regem reducerent: se-
cunda Hortensij, ut tu sine exercitu reduceres:
tertia Volcatij, ut Pompeius reduceret: postula-
tum est, ut Bibuli sententia diuideretur. quate-
nus de d religione dicebat, cuique rei iam obfi-
sti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus
legatis, frequentes ierunt in e alia omnia. Pro-
xima erat Hortensij sententia, quum Lupus tri-
bunus pl. quod ipse de Pompeio retulisset, con-
tendere coepit, ante se oportere discessionem fa-
cere, quam consules. eius orationi vehementer
ab omnibus reclamatum est: erat enim & ini-
qua, & noua. consules neque concedebant ne-
que valde repugnabant: diem consumi volebāt:
id quod est factum. perspiciebant enim, in Hor-
tensij sententiam f multis partibus plures itu-
ros: quanquam aperte Volcatio assentirentur:
multi rogabantur, atque id ipsum consulibus
inuitis. nam ij Bibuli sententiam valere cupie-
runt. Hac controuersia usque ad noctem ducta,
senatus est dimissus, & ego eo die casu apud Pō-
peium coenauī: nactusque tempus hoc magis
idoneum quam unquam antea, quod post g tuum
discessum is dies primus honestissimus nobis
fuerat in senatu, ita sum cum illo loquutus, ut
mihi viderer animum hominis ab omni alia
cogitatione ad tuam dignitatem tuendam tra-
ducere. h quem ego ipsum quum audio, prorsus
cum libero omni suspicione cupiditatis: quum
autem eius familiares omnium ordinum vi-
deo, perspicio id quod iam omnibus est aper-
tum,

tum, totam rem istam iam pridem à certis hominibus, non inuito rege ipso consiliariisque eius, esse corruptam. Hæc scripsi ad *a* XVI. Kal. Feb. ante lucem. eo die senatus erat futurus. nos in senatu (quemadmodum spero) dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia & iniquitate, retinebimus. Quod ad *b* popularem rationem attinet, hoc videmur esse consequuti, ut ne quid agi cum populo aut saluis auspiciis, aut saluis legibus, aut denique sine vi possit. De his rebus, pridie quàm hæc scripsi, senatus auctoritas grauiissima intercessit: cui quum *c* Cato & *d* Caninius intercessissent, tamen est perscripta. eam ad te missam esse arbitrator. De cæteris rebus, quicquid erit actum, scribam ad te: & ut quam rectissimè agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia prouidebo. Vale.

a Altero post idus die: quum Ianuarius haberet tantum undetriceños dies.

b Timebat à tribuni pl.

c Hi erant tribuni pl.

d Lentulo iunsi.

ARG. Commendat A. Trebonium, amicum suum, splendidum equitem Romanum. Huius autem generis epistolarum quatuor partes solent esse: ut amicum nostrum ostendamus eum quem commendamus: ut bonum virum, & dignum qui commēdetur: ut aequitatem rei, de qua scribimus: denique ut beneficij memorem futurum, simulq; nos ipsos, significemus. qua in hac epistola non planè omnia sunt expressa.

Commendatoria.

Cicero s. D. Lentulo.

a Ex equestri ordine.

A VLO *a* Trebonio, qui in tua prouincia *b* Dicitur & magna negotia & ampla & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. is cum antea semper & suo *b* splendore, & nostra

b liberalitatem significat. epist. 26. l. 12.

a Tua, Cilicia,
& Asia parte.

b Seruos. ep. 29.
lib. 12.

c Fortè is est, ad
quē scribit ep.
12. l. 6. & ep. 29.
l. 10. & ep. 11. l. 8.
ad Att.

cæterorūmq; amicorum commendatione, gratissimus in prouincia *a* fuit: tum hoc tempore, propter tuum in me amorem nostrāque necessitudinem, vehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore. Quæ ne spes eum fallat, vehementer te rogo: commendoque tibi eius omnia negotia, libertos, procuratores, *b* familiam: in primisq; vt quæ *T. c* Ampius de eius re decreuit, ea comprobe, omnibusque rebus eum ita tractes, vt intelligat meam. commendationem non vulgarem fuisse. Vale.

ARG. Laudat officium suum, tum subiungit de calumniis aduersariorum, per quos steterit quominus res conficeretur. A senatu ostendit se bene sperare, sed eum habitum iri non nisi post multos dies. vim timet. postremo loco, senatum & populum bene sentire de Lentulo significat.

Narratoria.

Cicero s. d. Lentulo.

4

AD XVI. Kal. Febr. quum in senatu pulcherrimè starem, quòd iam illam sententiā Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, vnūque certamen esset relictum, *a* sententiā Volcatij, res ab aduersariis nostris extracta est variis calumniis. causam enim frequentē in senatu, in magna *b* varietate, magnaque inuidia eorum qui à te causam regiam alio transferabant, obtinebamus. Eo die acerbum habuimus *c* Curionem, Bibulum multo iustiorē, penè etiam amicum. Caninius & Cato negarunt se legem vllam ante *d* comitia esse laturos. Senatus haberi ante Kal. Feb. per legem Pupiam

a Vt Pompeius
regē reduceret.

b Sententiarum.

c Consulare, &
triumphalem.

d Quæ habebatur
Sexilis
mensē.

a Popiam (id quod scis) non potest: neq; mense a *De comitia-*
 Feb. toto, nisi perfectis aut reiectis legationi- *libus diebus ep.*
 bus. Hæc tamen opinio est populi R. à tuis inui- *2. & 12. lib. 2. ad*
 dis atque obtrektoribus nomen b inductum *Q. fratrem.*
 fictæ religionis, non tam vt te impedirent, quàm b *Quis diceret*
 vt ne quis, propter exercitus cupiditatem Ale- *Sibylla versb.*
 xandriam vellet ire: dignitatis autem tuæ, ne- *regis restitutio-*
 mo est quin existimet habitam esse rationem *nem prohibere.*
 ab senatu. Nemo est enim qui nesciat, quomi- *Diol. 39.*
 nus discessio fieret, per c aduersarios tuos esse *c. Aquibus ex-*
 factum. qui d nunc populi R. nomine, re au- *tracta res est*
 tem vera sceleratissimo latrocinio, si qua cona- *varius calum-*
 buntur agere, satis prouisum est vt ne quid sal- *ntis.*
 uis auspiciis, aut legibus, aut etiam sine vi age- *d. His comitia-*
 re possint. e Ego neque de meo studio, neque de *lib. diebus. ep.*
 nonnullorum iniuria scribendum mihi esse ar- *2. l. 2. ad Q. fr.*
 bitror. quid enim aut me ostentem, qui, si vi- *e. Artificio. è*
 tam pro tua dignitate profundam, nullam par- *suum officium*
 tem videar tuorum meritorum assequutus? *extollit, & a-*
 aut de aliorum iniuriis querar, quod sine sum- *liorum inu-*
 mo dolore facere non possum? Ego tibi à *rias in se sta-*
 vi, hac præsertim imbecillitate f magistra- *tur.*
 tuum, præstare nihil possum: vi excepta, pos- *f. Qui si fortes*
 sum confirmare, te & senatus & populi R. *essent, vim*
 summo studio amplitudinem tuam retentu- *prohibere pos-*
 rum. Vale. *sunt.*

ARG. Semper exorditur à commemoratione officij
 sui, subiungit de Catonis tribuni pl. lege promulgata, vt
 Lentulus de Cilicia reuocaretur. Causam regiam à
 Pompeio depositam significat, quo maiorem spem habere
 Lentulus debeat.

Nuntiatoria,
 Cicero s. D. Lentulo. 3
 A 4 Tam-

TAMETS I nihil mihi fuit optatius, quàm
 vt primùm abs te ipso, deinde à cæteris o-
 mnibus quam gratissimus erga te esse cogno-
 scerer: tamen afficior summo dolore, eiusmodi
 tempora, post tuam profectioem esse conse-
 quuta, vt & meam & cæterorum erga te fidem
 & beneuolentiam absens *a* experire. Te vi-
 dere & sentire eandem fidem hominum in tua
 dignitate, quam ego in mea salute sum exper-
 tus, ex tuis literis intellexi. Nos quum maxi-
 mè consilio, studio, labore, gratia de causa re-
 gia niteremur, *b* subito exorta est nefaria
 Catonis promulgatio, quæ nostra studia im-
 pediret, & animos *c* à minore cura ad sum-
 mum timorem traduceret. sed tamen in eiu-
 smodi rerum perturbatione, quanquam omnia
 sunt metuenda, nihil magis quàm perfidiam
 timemus: & Catoni quidem, quoquo modo se-
 res habet, profectò resistimus. De Alexan-
 drina re causaque regia tantùm habeo polliceri,
 me tibi absenti tuisque præsentibus cumulatè
 satisfactorum. sed vereor ne aut *d* eripiatur
 nobis, aut deseratur: quorum vtrum minus
 velim, non facilè possum existimare. Sed, si
 res coget, est quiddam tertium. quod neque
 Selicio neque mihi displicebat: vt neque iace-
 re regem pateremur, nec, nobis repugnantibus,
 ad *e* eum deferri, ad quem prope iam dela-
 tum esse existimatur. à nobis agentur omnia
 diligenter: vt neque, siquid obtineri poterit,
 non contendamus, neque, siquid non obtinue-
 rimus, repulsi esse videamur. *f* Tuæ sapien-
 tiæ magnitudinisque animi est, omnem ampli-
 tudinem & dignitatem tuam in virtute atque
 in re-

a Vt in causa
 regia, & in Ca-
 tonis iniuria.

b Quia nega-
 uerat Cato se
 legem ullà an-
 te comitia la-
 turum.

c Grauius e-
 nim est eripi
 nobis, quod ha-
 bemus, quàm
 non dari, quod
 cupimus.

d Vt vel alius
 restituat, vel,
 sola re abie-
 cta, restituat
 nemo.

e Pompeium
 significat.

f Consolatur
 Lentulū, re pe-
 ni desperata.

in rebus gestis tuis, atque in tua grauitate posita existimare. siquid ex iis rebus, quas tibi a fortuna elargita est, nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi, quam tibi, futurum. A me nullum tempus praetermittitur de tuis rebus & agendi & cogitandi, utorque ad omnia Q. Selicio. neque enim prudentiorem quenquam ex tuis, neque fide maiore esse iudico, neque amantiorem tui.

Hic quae agantur, quaeque acta sint, ea te & literis multorum, & nuntiis cognoscere arbitror: quae autem posita sunt in coniectura, quaeque mihi videntur fore, ea puto tibi à me scribi oportere. Postea quam Pompeius apud b populum ad viii. id Febr. quum pro Milone diceret, clamore conuictioque iactatus est, in senatuque à Catone asperè & acerbè, omnium magno silentio, est accusatus, visus est mihi vehementer esse perturbatus. Itaque Alexandrina causa, quae nobis adhuc integrà est, (nihil enim tibi detraxit senatus, nisi id quod per eandem religionem dari alteri non potest) videtur ab illo planè esse deposita. Nunc id speramus, idque molimur, ut rex, quum intelligat sese, id quod cogitabat, ut à Pompeio reducat, assequi non posse, & nisi per te sit restitutus, desertum se atque abiectum fore, c proficiatur ad te. quod sine vlla dubitatione, si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere, faciet. sed nosti hominis d tarditatem & taciturnitatem. nos tamen nihil quod ad eam rem pertineat, praetermittimus. Caeteris iniuriis quae propositae sunt à Catone, facile, ut spero, e resistemus. amicam ex consularibus neminem tibi esse

a Animi enim bona eripi non possunt.

b Non dubium est hoc esse principium alterius epistola, quae supra regem duat ad Pompeium esse delatum, infra verò à Pompeio rem depositam epist. 3. lib. 2. ad Q. fr.

c De te uno cogitet.

d Non statim solebat Pompeius ostendere quid vellet. ep. 4. lib. 8.

e Inuentotribuno pl. qui legi promulgata intercedat.

a C. Catonis.

video, præter Hortensium & Lucillum. ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. Tu fac animo forti magnoque sis, speresque fore ut fracto impetu a leuissimi hominis, tuam pristinam dignitatem & gloriam consequare. Vale.

ARG. *Tota videtur esse consolatoria epistola. consolatur enim Lentulum ex comparatione temporum suorum, quum, in exilium pulsus, ad extremum & patriam & dignitatem re. ueravit: & breuis est epistola, quia Pollio ad Lentulum ibat, omnia narraturus.*

Consolatoria.

a Asinia gætiis, ep. 31. l. 10.

b Quia non præsio, quod tu in meis præstisti.

c Vide ep. 15. li. 15.

d & ult. lib. 1. ad Q. fr.

e Quorum infidelitate laboramus. epist. 1. huius libri.

f Quum cretus patria est, bonis publicatis.

g Maiorem apparet virtus in rebus aduersis. Ep. 10. l. 3.

Cicero s. D. Lentulo.

6

QUÆ gerantur accipies ex a Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed præstauit. Me in summo dolore, b quem in tuis rebus capio, maxime c scilicet consolatur spes, quod valde suspicor fore ut infringatur hominum improbitas & consiliis tuorum amicorum, & ipsa die, qua debilitantur cogitationes & inimicorum & d proditorum. Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum: quorum imaginem video in rebus tuis. nã, etsi minore in re violatur tua dignitas, quam e mea salus afflicta sit: tamen est tanta similitudo, ut sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quæ ne tu quidem unquam timenda duxisti. Sed præsta te eam, qui mihi à teneris (ut g Græci dicunt) unguiculis es cognitus, illustrabit: (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. g à me omnia summa in te studia officiaq; expecta. non fallam opinionem tuam. Vale.

ARG.

ARG. Lentuli literis respondet: de Alexandrina re scribit, quid Pompeio ipsiq; videatur: ut ramen totum illud consilium Lentuli sapientia permittat. Adiungit de Milone & Clodio, de statu reip. de filia nuptiis.

Nuntiatoria.

Cicero s. d. Lentulo procos. 7

LEGI tuas literas, quibus ad me scribis, gratum tibi esse quod crebro certior per me fias de omnibus rebus, & meam erga te benevolentiam facile perspicias quorum alterum mihi, ut te plurimum diligam, facere necesse est, si volo *a* is esse quem tu me esse voluisti: alterum facio libenter, ut quoniam intervallo locorum ac *b* temporum disiuncti sumus, per literas tecum quam saepissimè colloquar quod si rariùs fiet quam tu expectabis, id erit causa, quod non eius generis meae literae sunt, ut eas audeam temerè committere. quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non praetermittam. Quod scire vis, qua quisque in te fide sit & voluntate: difficile dictu est de singulis. vnum illud audeo, quod an ea tibi saepe significavi, nunc quoque, te perspecta & cognita, scribere: vehementer quidam homines, & eos maxime qui te & maxime *c* debuerunt & plurimum iuvare potuerunt, invidisse dignitati tuae: simillimamque in re dissimili, tui temporis nunc, & *d* nostri quendam, fuisse rationem, ut quos tu reip. causa laferas, palam te oppugnarent: quorum *e* auctoritatem, dignitatem voluntatemque defenderas, non tam memores essent virtutis tuae, quam laudis inimici.

a Gratus esse pro tuo in me merito.

b Erat enim annua provinciarum administratio: quod si longior, extra ordinè.

c Perfidiam & hic notat. ep. 2.

d Loquitur de tempore exilij sui.

e In consularibus diebus videtur.

Quo

Quo quidem tempore, vt perscripsi ad te antea, cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum, ex magistratibus autem L.

a *Tribunam* a Racilium & fide & animo in te singulari. *pl. ep. 1. lib. 2. ad* Nam nostra propugnatio ac defensio dignitatis tuæ, propter magnitudinem *b* beneficij tui, fortasse plerisque officij maiorem auctoritatem habere videtur quàm sententiæ. præterea quidem de consularibus *c* nemini possum aut studi erga te, aut officij, aut amici animi esse testis. Etenim Pompeium, qui mecum sæpissimè, non solum à me prouocatus, sed etiam sua *d* sponte, de te communicare solet, scis temporibus illis non sæpè in senatu fuisse. cui quidem literæ tuæ, quas proximè miseris, quod faciliè intellexerim, periocundæ fuerunt. Mihi quidem humanitas tua, vel summa potius sapientia, non iocunda solum, sed etiam admirabilis visa est. virum enim excellentem & tibi tua præstanti in eum *e* liberalitate deuinctum, non nihil suspicantem, propter aliquorum opinionem suæ cupiditatis, te ab se abalienatum, illa epistola retinui. qui mihi cum semper tuæ laudi fauere visus est, etiam ipso suspiciosissimo tempore

e *Quia* Lænius cum ornatu erat, vt est ep. 1. huius libri.

f *Alij*, Caroniano: vt intelligatur tempus, quo Cato legem promulgauit de abroganda Lentulo provincia.

f Caniniano: tum verò lectis tuis literis perspectus est à me toto animo de te ac de tuis ornamentis & commodis cogitare. Quare ea quæ scribam sic habeto, me, cum illo te sæpe communicata, de illius ad te sententia atque auctoritate scribe: e: quoniam S. C. nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit, eaque, quæ de ea scripta est, auctoritas, cui scis intercessum esse, vt ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, vt magis

irato-

a iratorum hominum studium, quàm constan- a *Ob regis lar-*
 tis senatus consilium, esse videatur, te posse per- gitionem.
 spicere, qui Ciliciam b *Cyprumque teneas, quid b Ergo & Cy-*
 efficere & quid consequi possis: & si res faculta- prius à *Cilicia*
 tem habitura videatur, vt Alexandriam atque proconsule re-
 Ægyptum tenere possis, esse & tuæ & nostri im- gebatur. quò,
 perij dignitatis, Ptolemaide aut aliquo propin- a *T. Clodio le-*
 quo loco rege collocato, te cum classe atque ge *lata, esset*
 exercitu proficisci Alexandriam: vt, quum am publicata: vt
 pace præsidisque firmaris, Ptolemæus redeat historia demõ-
 in regnum. ita fore vt per te restituatur, quem strat.
 admodum senatus initio c *cessit, & sine c Quum ipse*
 multitudine reducatur, quemadmodum homi *Lentulus con-*
 nes religiosi Sibyllæ placere dixerunt. Sed sul *retulit de*
 hæc sententia sic & illi & nobis probabatur, rege *reducen-*
 vt ex euentu homines de tuo consilio existima- do, vt *ep. 1.*
 tuos videremus: si cecidisset, vt volumus & d *Offe sum es-*
 optamus, omnes te & sapienter & fortiter: sin- set, si *Alexan-*
 aliquid esset d *offensum, eisdem illos, & cupi-*
 dè & temerè fecisse, dicturos. Quare quid asse- drinus *regè reij-*
 qui possis, non tam facile est nobis quàm tibi, cientibus, ven-
 cui prope in e *conspetu Ægyptus est, iudicare. tum esset ad*
 nos quidem hoc sentimus: si exploratum ti arma.
 bi sit, posse te illius regni f *potiri, non esse f Ep 4. l 8.*
 cunctandum: sin dubium, non esse conan- f *Vt Ægyptij*
 dum. Illud tibi affirmo, si rem istam ex sen- Ptolemæu *re-*
 tentia gesseris, fore vt absens à multis, quum g *cupiant.*
 redieris, ab omnibus collaudere. offensionem *senatus tolle-*
 esse periculosam propter interpositam g au- bat *restitutio-*
 ctoritatem religionemque, video. sed ego te- nem *regis, reli-*
 vt ad certam laudem adhortor, sic à dimi- gio *Sibyllinorũ*
 catione deterreo: redeoque ad illud quod ini- carminum *re-*
 tio scripsi, totius facti tui iudicium non tam stitui *regem cũ*
 ex consilio tuo quàm ex euentu homines esse *multitudine*
 facturos, *notabat.*

facturos. Quòd si hæc ratio rei gerendæ periculosa tibi videbitur, placebat illud, vt, si rex amicis tuis, qui per prouinciã imperij tui pecunias ei credidissent, fidem suam præstitisset, & auxiliis eum tuis & copiis adiuuares: eam esse naturam & regionem *a* prouinciã tuã, vt illius reditum vel adiuuando confirmares, vel negligendo impedires. In hac ratione quid *b* res, quid causa, quid tempus ferat, tu facillimè optimèque perspicias: quid nobis placuisset, ex me potissimum putauit te scire oportere. Quòd mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodij gratularis: minimè miramur te *c* tuis, vt egregium artificem, præclaris operibus lætari. Quanquam est incredibilis hominum peruersitas, (græuiori enim verbo vii non libet) qui nos, quos fauendo in communi causa retinere poterunt, inuidendo abalienauerunt: quorum maleuolentissimis obrectationibus nos scito de veteri illa nostra diuturnaque *d* sententia prope iam esse depulsos, non nos quidem vt non habebamus *f*stræ dignitatis simus oblitus, sed vt habeamus rationem aliquando etiam salutis. Poterat vtrunque præclare, si esset fides, si grauitas in hominibus *e* consularibus: sed tanta est in plebisque leuitas, vt eos non tam constantia in re nostra delectet, quam splendor offendat. Quod eo liberius ad te scribo, quòd tu non solum temporibus iis quæ per te sum adeptus, sed iam olim nascenti prope nostræ laudi, dignitati, virtutique præfuisisti: simul quòd vi deo, non, vt ante hac putabam, *f* nouitati esse inuisum meã. in te enim, homine omnium nobis

a nobilissimo, similia inuidorum vitia perpe-
xi: quem tamen illi esse in principibus facile
sunt passi, euolare altius certe noluerunt Gau-
deo tuam dissimilem fuisse fortunam. multum
enim interest vtrum laus imminuatur, an sa-
lus deferatur. me mea tamen ne nimis pœni-
teret, tua virtute, perfectum est. b curasti e-
nim vt plus additum ad memoriam nominis
nostri, quàm ademtum de fortuna videretur.
Te verò c moneo, cùm beneficiis tuis, tum
amore incitatus meo, vt omnem gloriam ad
quam à pueritia inflammatus fuisti, omni cu-
ra atque industria consequare, magnitudinem
que animi tui, quam ego semper sum admira-
tus semperque amaui, ne vnquam inflectas cu-
iusquam iniuria. Magna est hominum opinio
de te, magna commendatio d liberalitatis, ma-
gna memoria consulatus tui. hæc profectò vi-
des quanto expressiora quantoque illustriora
futura sint, quum aliquantum ex prouincia at-
que ex imperio laudis accesserit. e Quanquam
te ita gerere volo quæ per exercitum atque im-
perium gerenda sunt, vt hæc multo ante me-
ditere: huc te pares, hæc cogites, ad hæc te exer-
ceas, sentiàsque id, quod quia semper sperasti,
non dubito quin adeptus intelligas, te facilli-
mè posse f obtinere summum atque altissi-
mum gradum ciuitatis. Quæ quidem mea
cohörtatio ne tibi inanis aut sine causa sus-
cepta videatur, illa me ratio mouit vt te ex
nostris euentis communibus admonèdum pu-
tarem, vt considerares in omni reliqua tua vi-
ta, quibus g crederes, quos caueres. Quod
scribis te velle scribere qui sit reip. status: summa
dissen-

a Erat enim
patricia gēis,
& maioribus
ortus clarissi-
mis.

b Quum me in
patriam resti-
tuisti.

c Timet ne Lē-
tulus propter
improbos in-
iurias abiciat
reip. curam.

d Quam aditis
ostenderit. l. 2.
de off.

e Ita eñ horta-
tur, vt multā
velit cautionē
adhibere.

f Tueri & cō-
seruare. iam e-
nim dixit, a-
deptus.

g Notat amicos
rum Lentulū
perfidiā.

a *Facilio Casari & Pompeii, optimaribus aduersa.*

b *Qui maxime Casari & Pompeio fauebat. Oratio de prouinc.*

c *Lex Sēpronia erat, ut annua tantum esset prouinciarum administratio. oratio pro domo.*

d *Quā ego didicerim in aduersa fortuna.*

e *Filiā suā post mortem Pisonis Crassipedi collocauit.*

f *Fuit enim literis instruetus.*

g *Vide librum de clariorat.*

dissensio est, sed contētio dispar. nam a qui plus opibus, armis, potentia valent, profecisse tātum mihi videntur stultitia & inconstantia aduersariorum, vt iam etiam auctoritate plus valerent. Itaque, perpaucis aduersantibus, omnia, quæ ne per b populum quidem sine seditione se assequi posse arbitrabantur, per senatum consequuti sunt. nam & stipendium Cæsari decretum est, & decem legati: &, ne lege c Semproniana succederetur, facile perfectum est. Quod ego ad te breuius scribo, quia me status hic reip. non delectat: scribo tamen, vt te admoneam, quod ipse literis omnibus a pueritia deditus, experiendo tamen magis quàm discendo, cognoui, id vt tu a rebus tuis integris discas, neque salutis nostræ rationem nobis habendam esse sine dignitate, neque dignitatis sine salute. Quod mihi e de filia & de Crassipede gratulatis, agnosco humanitatem tuam: spe: oque & opto nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Lentulum nostrum, eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cum cæteris artibus, quibus f studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui facerudias. nulla enim erit hac præstantior disciplina. g quem nos, & quia tuus & quia te dignus est filius, & quia nos diligit semperque dilexit, in primis amamus carumque habemus. Vale.

ARG. *Tota est epistola contra mores immutatos: & hoc artificiosè, ut intelligat Lentulus, iam sibi nihil sperandum de rege reducendo.*

Narratoria.

Cicero

DE omnibus rebus quæ ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, quid Pompeius susceperit, optimè ex *a* Emplatorio cognosces: qui non solum interfuit his rebus, sed etiam præfuit, neque vllum officium erga te hominis *b* amantissimi, prudentissimi, diligentissimi prætermisit. ex eodem de toto statu rerum communium cognosces: quæ quales sint, non facile est scribere: sunt quidem certè in amicorum nostrorum potestate, atque ita ut nullam mutationem nunquam hac hominum ætate habitura res esse videatur. Ego quidem, ut debeo, & ut tute mihi præcepisti, & ut me dignitas utilitasq; cogit, me ad *c* eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. sed te non præterit, quàm sit difficile, sensum in rep. præsertim rectum & confirmatum, deponere: veruntamen ipse me conformo ad eius voluntatem, *d* à quo honestè dissentire non possum. neque id facio (ut forsitan quibusdam videor) simulatione. Tantùm enim animi inductio, & mehercule amor erga Pompeium, apud me valet, ut quæ illi utilia sunt & quæ ille vult, ea mihi omnia iam & recta & vera videantur. neque, ut ego arbitror, errarent ne *e* aduersarij quidem eius, si, quum pares esse non possent, pugnare desisterent. Me quidem etiam illa res consolatur, quòd ego is sum, cui vel maximè concedant omnes, ut vel ea defendā quæ Pompeius velit, vel taceam, vel etiam (id quod mihi maximè lubet) ad nostra me studia referam literarum. quod profectò fa-

B

ciam,

a Aut liberti nomē: aut mēdosum. Fortasse, C. Platorio.
b Tria requiruntur in curādo negotio, amor, prudētia, diligētia.

c Pompeium intelligit, qui Lentulum adiuuerat in restituendo Cicerone.

d Quum ei plurimum debeam.

e M. Catonem, Hortensium, & alios intelligit, Pompeij Caesarisq; potentiam oppugnantes.

a Admini-
stranda.

b Contra remp.
sua potentia
causa sentien-
tibus.

c De rdge re-
ducendo.

d Maximè au-
tem M. Cato,
nimis in rep.
seuerus.

e De ordine e-
questri loqui-
tur, & de Pom-
peio.

f Consul enim
erat cum M.
Crasso.

g Dixit idem
initio primæ
pistola.

ciam, si mihi per eiusdem amicitiam licebit. Quæ enim proposita fuerat nobis, quum & honoribus amplissimis & laboribus maximis perfuncti essemus, dignitas in sententiis dicendis, libertas in rep. a capeffenda, ea sublata tota, sed nec mihi magis quàm omnibus nam aut assentiendum est nulla cum grauitate b paucis, aut frustra dissentiendum. Hæc ego ad te ob eam causam maximè scribo, vt iam c de tua quoque ratione meditare. commutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicæ: otium nobis exoptandum est, quod ij qui potiuntur rerum, præstaturi videntur, si d quidam homines patientius eorum potentiam ferre poterint. Dignitatem quidem illam consularem fortis & constantis senatoris, nihil est quod cogitemus: amissa est culpa eorū qui à senatu e & ordinem coniunctissimum & hominem clarissimum abalienarunt. Sed, vt ad ea quæ coniunctiora rebus tuis sunt, reuertar: Pompeium tibi valde amicum esse cognoui: & eo tu f consule, quantū ego perspicio. omnia quæ voles, obtinebis: quibus in rebus me ille sibi affixum habebit: neque à me vlla res, quæ ad te pertineat, negligetur. neque enim verebor, ne sim ei molestus: cui iocundum erit etiam propter id ipsum, quod me esse gratū videbit. Tu velim tibi ita persuadeas, nullam rem esse minimā, quæ ad te pertineat, quæ mihi non carior sit quàm mea res omnes. idque quum sentiam, sedulitate mihi met ipse satisfacere possum, te quidē ipsa ideo mihi g non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum non modò referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. Rem te valde

valde bene gessisse rumor erat: expectabantur literæ tuæ: de quibus eram iam cum Pompeio loquuti: quæ si erunt allatæ, nostrum studium extabit in a conueniendis magistratibus & senatoribus. Cætera quæ ad te pertinebunt, quum etiam plus contenderimus, quàm possumus, minus tamen faciemus quàm b debemus. Vale.

a Ut supplicationibus tibi decernantur.

b Vincentur enim tuis meritis officia mea.

ARG. *Querenti Lentulo, cur cum inimicis in gratiam redierit, causas exponit consilij sui, & ostendit Idem alius uelle se rationem tam salutis habere, quàm dignitatis, & eorum obsequi uoluntati, à quibus de se optime meritis honestè dissentire non potest. Pompeium autem maxime significat.*

Defensoria & narratoria.

Cicero s. p. Lentulo imp.

9

PERIOCVNDAB mihi fuerunt literæ tuæ quibus intellexi, te perspicere meam in te pietatem. quid enim dicam beneuolentiam? quum illud ipsum grauiissimum & sanctissimū nomen c pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse uideatur? Quod autem grata tibi mea erga te studia scribis esse, facis tu quidem d abundantia quadam amoris, ut etiam grata sint ea quæ prætermitti sine nefario fœdere nō possunt: tibi autem multo notior atque illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omni, quo seiuncti fuimus, & unā & Romæ fuissentus. Nam in eo ipso quod te ostendis esse facturum, quod quæ & in primis potes, & ego à te vehementer expecto, in sententiis senatoriis, & in omni actione atque administratione reip. floruisse. de qua ostendam equidem paulò

c Proprie enim erga deos usurpatur. Vide ep. i, princ.

d Discite quod sit officium boni uiri. sua enim erga Lentulū benemeritum studia nō modo nō extollit, sed quasi dissimulat.

B 2

post

post, qui sit meus sensus, & status: & rescribam
 tibi ad ea quæ quæris. sed certè & ego te *a* au-
 ctore amicissimo ac sapientissimo, & tu me
 consiliario fortasse *b* non imperitissimo, fideli-
 quidem & beneuolo certè vsus esses. Quâquam
 tua quidem causa, te esse *c* imperatorem, pro-
 uinciamque bene gestis rebus cum exercitu vi-
 ctore obtinere, vt debeo, lætor: sed certè, qui
 tibi ex me fructus debentur, eos vberiores &
 præstantiores præsens capere potuisses. in eis ve-
 rò vlciscendis, quos tibi partim inimicos esse
 intelligis, propter tuam propugnationem sa-
 lutis meæ partim inuidere propter illius *d* a-
 ctionis amplitudinem & gloriam, mixticum
 me tibi comitem præbuissem. Quamquam ille
 perennis inimicus amicorum suorum, qui tuis
 maximis beneficiis ornatus, in te potissimum
 fractam illam & debilitatam vim suam contu-
 lit, *e* nostram vicem vltus est ipse sese. ea est e-
 nim conatus, quibus patefactis, nullam sibi in-
 posterum non modò dignitatis, sed ne liberta-
 tis quidem partem reliquit. Te autem, etsi mal-
 lem in meis rebus expertum quàm etiã in tuis.
 tamen in *f* molestia gaudeo, eandem fidem co-
 gnoscere hominum, non ita magna mercede,
 quàm ego *g* maximo dolore cognoram. De-
 qua ratione tota iam videtur mihi exponendi
 tempus dari, vt tibi rescribam ad ea quæ quæris.
 Certiorem te per literas scribis esse factum, me-
 cum Cæsare & cum Appio esse in *h* gratia: teq;
 id non reprehendere adscribis. Vatinium autem
 Appij filia nu-
 scire te velle ostēdis quibus rebus adductus de-
 pserat. Quin-
 fenderim & laudari. quòd tibi vt planius ex-
 ponam, altius paulo rationem meorū consilie-
 riliauus.

a In consilijs
capiendis.

b Modesta sui-
met laudatio.

c Ab exercitu
post victoriam

appellatū. vide
ep. 10, lib. 2.

d Quòd à te cō-
sule sum resti-
tus.

e Quòd in illū
nos facere o-
portuit, fecit i-
psemet.

f Sic tu contra
dixeris, In vo-
luptate doleo.

g Idem signifi-
cat ep. 6. & 7.

h Per Cn. Pō-
peij, cuius filio
Appij filia nu-
pserat. Quin-
tilianus.

rum repetam necesse est. Ego a me, Lentule i- a *Narratio al-*
 nitio rerum atque actionum tuarum non solùm *te repetita, te*
 meis, sed etiam reipub. restitutum putabam: & *inconstantia*
 quoniam tibi *b* incredibilem quendam amorē, *crimen à se deo*
 & omnia in te ipsum summa ac singularia stu- *pellat.*
 dia deberem, reipub. quæ te in me restituendo *b* *Quasi dicat,*
 multum adiuuisset, eū certè me animū merito *quem tibi satis*
 ipsius debere arbitrabar, quem antea tantūmo- *explicare non*
 do communi officio ciuium, nō aliquo erga me *possunm.*
 singulari beneficio, debitum præstitissem. Hac
 me mente fuisse, & senatus ex me, te consule,
 & audiuit, & tu in nostris sermonibus colloqu- *c* *Postea quàm*
 tionibusque ipse vidisti. etsi iam primis tempo- *restitutus à te*
 ribus illis, multis rebus meus offendebar a- *sum eo ipso an-*
 nimus, quum te agente de reliqua nostra digni- *uo.*
 tate, aut occulta nonnullorum odia, aut obscu-
 ra in me studia cernebam. Nam neque *d* *De domo re-*
 namentis meis ab iis adiutus es, à quibus de- *cuperāda, quā*
 buisti, neque de vi nefaria, qua cum fratre *Clodius partim*
 ram domo expulsus: neque hercule in iis ipsis *euerterat, part-*
 rebus, quæ quanquam erant mihi propter rei *tim consecra-*
 familiaris naufragia necessaria, tamē à me mi-
 nimi putabantur, in meis damnis ex auctori-
 tate senatus resarciendis eam voluntatem quam
 expectaram, præstiterunt. Quæ quum *e* *Eadem verba*
 viderem, (neque enim erant obscura) non tamen *in oratione pro*
 tam acerba mihi hæc accidebant, quàm erant *Sextio.*
 illa grata *f* *Quum te in*
 & Pompeio plurimum, te quidem ipso prædi- *me restituendo*
 catore ac teste, debebam: & cum non solùm be- *adiuuerunt.*
 neficio, sed amore etiam & perpetuo quodam
 iudicio meo diligebam: tamen, non reputans
 quid ille vellet, in omnibus meis sententiis de
 rep. pristinis permanebam. Ego, sedente Cn.

a In iudicio, quum Sextius devi accusatus causã diceret. Bibulus enim, armorũ metu domo inclusus, consul fuerat titulo tenuis.

b Tribunus fuerat Vatinius cõsule Cesare.

c Diuidẽdo. ep. 8. lib. 8. & ep. 20. libri 11.

d Tempora pro calamitatibus, & hic & alibi non semel usurpatur.

e Prouincia Gallia, cui præerat Cesar, in Italia erant colonia dux: Luca ad inferum mare, ad superum, Raenna.

Pompeio, quum, ut a laudaret P. Sextium, introisset in urbem, dixissetq; testis Vatinus, me, fortuna & felicitate C. Cesaris commotum, illi amicum esse cepisse, dixi, meam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis victoriisq; anteferre: dixiq; eodem teste, alio loco, eosdem esse qui Bibulũ exire domo prohibuissent, & qui me coegissent. Tota verò interrogatio mea, nihil habuit aliud, nisi reprehensionem illius *b* tribunatus: in quo omnia dicta sunt libertate animoq; maximo de vi, de auspiciis, de donatione regnorũ, neque verò hac in causa modò, sed cõstanter sæpè in senatu, quinetiam, Marcellino & Philippo consulibus, nonis April. mihi est senatus assensus, ut de *c* agro Campano, frequenti senatu, idibus Maij referretur. Nam potui magis in arcem illius causæ inuadere? aut magis obliuisci *d* temporum meorum & meminisse actionum? hæc à me sententia dicta, magnus animorum motus est factus, cum eorum quorum oportuit, tum illorum etiam quorum nunquam putaram. Nam, hoc Senatusconsulto in meam sententiã facto, Pompeius, quum nihil mihi ostendisset se esse offensum, in Sardiniam & in Africam profectus est: eoque itinere *e* Lucam ad Cesarem venit: vbi multa de mea sententia questus est Cesar: quippe qui etiam Rauennæ Crassum antè vidisset, ab eoque in me esset incensus. factum nèn moleste Pompeium id ferre constabat. Quòd ego quum audissem ex aliis, maximè ex meo fratre cognoui, quem quum in Sardinia Pompeius paucis post diebus quàm Luca discesserat, cõuenisset: Te, inquit, ipsum cupio: nihil oportunitus

tunius potuit accidere. nisi cū Marco fratre diligenter egeris. dependendum tibi est quod mihi pro illo spondidisti. Quid multa? questus est grauiter: sua merita commemorauit: quid egisset s̄pissimè de *a* actis Cæsaris cum ipso meo fratre: quidq; sibi is de me recepisset in memoriam rededit; seque, quæ *b* de mea salute egisset, voluntate Cæsaris egisse, ipsum meum fratrem testatus est: cuius causam dignitatēque mihi vt commendaret, rogauit vt eam ne oppugnarem, si nollem, aut non possem tueri. Hæc quum ad me frater pertulisset, & quum antè tamen Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset, *c* vt integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reseruarem: collegi ipse me, & cum ipsa quasi rep. sum colloquutus, vt mihi tam multa pro se perpesto atque perfuncto, concederet vt officium meum memoremque in benemeritos animum, fidemque fratris mei præstarem: eumque quem bonum ciuem semper habuisset, *d* bonum virum esse pateretur. In illis autem meis actionibus sententiisque omnibus, quæ *e* Pompeium videbantur offendere, certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me: qui quum illa sentirent in rep. quæ ego agebam, sempèrque sensissent, me tamen non satisfacere Pompeio, Cæsaremque inimicissimum mihi futurum, gaudere se aiebant. Erat hoc mihi dolendum, sed multò magis illud, quod inimicum (meum autem? imò verò legum iudiciorum, otij, patriæ, bonorum omnium) sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsentem

a *Confirmandis à senatu.*

b *De me ab exilio reuocanda.*

c *vt nihil agerè antequam ipse redisset.*

d *Arguit ab honesto.*

e *Quia Cæsaris, faceri sui, potètia faueret.*

f *Arguit ab iniuria, vt excuset mutationem consilij sui.*

g *Oratione de prouinciis.*

*a Pro Iram cō-
mouerent.*

*b Ut à Mario,
& Sylla.*

*c Ut à decēui-
ris. Liuius l. 3.*

*d A Pompeij
persona.*

*e Prator ora-
tionem habuit
pro lege Mani-
lia: consul re-
tulit de suppli-
cationibus Pō-
peio decernen-
di, bello Mi-
thridatico cō-
fecto.*

*f Orat. de pro-
uincii.*

*g Quintus e-
nim erat Casa-*

osculabantur, non illi quidem vt mihi *a* sto-
machum facerent (quem ego funditus perdi-
di) sed certè ut facere se arbitrarentur. Hic ego.
quantum humano consilio efficere potui, cir-
cumspectis rebus omnibus, rationibusque sub-
ductis, summam feci cogitationum mearum o-
mnium: quam tibi, si potero, breuiter expo-
nam. Ego, si ab improbis & perditis ciuibus
rempub. teneri viderem, sicut & *b* meis tempo-
ribus scimus, & nonnullis *c* aliis accidisse ac-
cepimus, non modò præmiis (quæ apud me
minimum valēt) sed ne periculis quidem com-
pulsus vllis (quibus tamen mouentur etiam
fortissimi viri) ad eorum causam me adiunge-
rem, ne si summa quidem eorum in me merita
constarent. *d* Quum autem in rep. Cn. Pompeius
princeps esset (vir is, qui hanc potentiam &
& gloriam maximis in repub'icam meritis,
præstantissimisque rebus gestis esset consecu-
tus, cuiusque ego dignitatis ab adolescentia
fautor, in *e* prætura autem, & in consulatu
adiutor etiam extitissim) quumque idem au-
toritate & sententia per se, consiliis & studiis
tecum me adiuuisset, meumque inimicum, v-
num in ciuitate haberet inimicum: non putau-
famam inconstantia mihi pertimescendam, si
quibusdam in sententiis paulum me immutaf-
sem, meamque voluntatem ad summi viri de
meque optimè meriti dignitatem aggregassim.
In hac sententia complectendus erat mihi Cæ-
sar, vt vides, in coniancta & causa & dignita-
te. Hic multum valuit cum *f* vetus amicitia,
quam tu non ignoras mihi & *g* Quinto fratri
cum Cæsare fuisse, tum humanitas eius ac li-
beralitas,

beralitas, breui tempore & literis & officiis per-
 specta nobis & cognita. Vehementer etiam res
 ipsa publica me mouit: quæ mihi videbatur con-
 tentionem (præsertim maximis rebus à Cæsare
 a gestis) cum illis viris nolle fieri, & ne fieret,
 vehementer recusare. Grauiissimè autem me in
 hanc mentem impulit & Pompeij fides, quam
 de me b Cæsari dederat, & fratris mei, quam
 Pompeio. Erant præterea hæc animaduerten-
 da in ciuitate, quæ sunt apud Platonem nostrū
 scripta diuinitus, QVALES in repub principes
 essent, tales reliquos solere esse ciues. Tenebam
 memoria, nobis consulibus, c ea fundamenta
 iacta ex d Kalendis Ianuar. confirmandi sena-
 tus, vt neminem mirari oporteret, nonis De-
 cembr. tantum vel animi fuisse in illo ordine,
 vel auctoritatis. Idemque memineram, nobis
 priuatis, vsque ad Cæsarem & Bibulum e con-
 sules, quum sententiæ nostræ magnum in se-
 natu pondus haberent, vnum ferè sensum fuis-
 se bonorum omnium. Postea, quum tu Hispa-
 niam citeriorem cum imperio f obtineres, ne-
 que respublica consules haberet, sed mercato-
 res prouinciarum, & seditionum seruos ac mi-
 nistros, iecit quidam casus caput meum, quasi
 certaminis causa, in mediam contentionem
 dissensionemque ciuilem. quo in discrimine,
 quum g mirifica senatus, incredibilis Italiæ to-
 tius, singularis bonorum omnium consensus in
 me tuendo extitisset, non dicam quid accide-
 rit, (multorum est enim & varia culpa) tantum
 dicam breui, non mihi exercitum sed duces
 defuisse. In quo, vtiam sit in iis culpa qui
 me non defenderunt, non minor est in iis qui

ris legatus in
 Gallia. arguit
 à Cæsaris meri-
 tis in se, & in
 temp.

a In Gallia.

b Quum in me
 restituendo re-
 cepit, me illi ad
 uersarium non
 futurū. Orat.
 de prouinciis.

c Ep. 29 l 10.

d Quo die con-
 sulatus iniba-
 tur.

e Quo anno se-
 natus auctori-
 tas à Cæsare
 immixta.

f Ex prætura,
 erat enim tūc
 Hispania cite-
 rior prouincia
 prætoria.

g Mirifica, in-
 credibilis, sin-
 gularis, epithe-
 torum copia.

a Pompeiū designat, qui deseruit illū: quū se ei non defuturum promississet.

b Idem sapē in orationibus.

c Patria pulsum restituere.

d Catonem in primis, & Bibulum significat, Caesarum inimicos. vide infra.

e Praesertim in me reducendo.

f Supplicatione primū xv. mox xx. dierū.

Plutar. Orat. de prouincijs: Caesar lib. 2. de bell. Gall.

g A fratre Clodio violatas.

h Tribunus Milo accusauit Clodium de vi.

a reliquerūt. & si accusandi sunt qui pertimuerunt, magis etiam reprehendendi qui se timere simularunt. Illud quidem certē nostrum consilium iure laudandum est, quōd meos ciues, & à me seruatos, & me seruare cupientes, spoliatos ducibus, seruis armatis obijci noluerim, declararique maluerim, quanta vis esse potuisset in consensu bonorum, si iis pro me stante pugnare licuisset, quum e afflictum excitare potuissent: quorum quidem animum tu non perspexisti solum, quum de me ageres, sed etiam confirmasti atque tenuisti. Qua in causa (non modò non negabo, sed etiam semper & meminero & prædicabo libenter) vltus es

d quibusdam nobilissimis hominibus, fortioribus in me restituendo, quàm fuerant iidem in tenendo. Qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem simul cum salute mea recuperassent. recreatis enim bonis viris consulatu tuo, & constantissimis atque optimis e actionibus tuis excitatis (Cneo Pompeio praesertim ad causam adiuncto, quum etiam Caesar, rebus maximis gestis, singularibus ornatus & nouis honoribus ac iudicis senatus, ad auctoritatem eius ordinis adiungeretur) nulli improbo ciui locus ad rem publicam violandam esse potuisset. sed attende, quæso, quæ sint consequuta. Primùm illa furta muliebrium religionum: qui non pluris fecerat Bonam deam, quam tres g sorores, impunitatē est eorum sententiis assequutus, qui, quum b tribunus plebis pœnas à seditiono ciue per bonos viros iudicio persequi vellet, exemplum præclarissimum in posticum vindicandæ seditionis de republ.

a su-

a sustulerunt : iidemque postea non meum monumentum (non enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat, monumentū verò senatus) hostili b nomine, & cruentis inustū literis esse passi sunt. Qui me homines quòd saluum esse noluerint, est mihi gratissimum : sed vellem, nō solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiā, vt caliptæ, virium & coloris rationem habere nolissent. nunc, vt Apelles Veneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidā homines in d capite meo solum elaborarunt, reliquū corpus imperfectum ac rude reliquerunt. In quo ego spem fefelli non modò inuidorum, sed etiā e inimicorum meorum : qui de vno acerrimo & fortissimo viro, meoq; iudicio, omnium magnitudine animi & constantiæ præstantissimo, Q. f. Metello, L. F. quōdam falsam opinionem acceperūt : quē post reditū dicitāt fracto animo & demisso fuisse. Est verò probāndum, qui & summa voluntate cessarit, & egregia animi alacritate abfuerit, neque sanè redire curarit, eum ob id ipsum fractū fuisse animo, in quo cū omnes homines, tum M. illum g Scaurum, singularem virum, constantia & grauitate superasset. Sed, quòd de illo acceperant, aut etiam suspicabantur, de me iidem cogitabant, abiectione animo me futurum : quum respublica maiorem etiam mihi animū quàm vnquam habuissem, daret: quę iam declarasset, sese non potuisse me vno ciue carere: quūque Metellum vnus tribuni plebis rogatio, me vniuersa respublica, duce senatu, comitante Italia, promulgantibus omnibus, referente

a Quū Clodiū, devi à Milone accusatum, in iudiciū adduci vetuerunt. Pro Sext.

b Vide in oratione pro domasua.

c Qui certaturos athletas vngabant.

d Quum me ab exilio reuocauerunt.

e Quibus satisfacere difficultius.

f Numidico, qui abire maluit in exiliū, quàm in leges Saturnini irare.

g Quem fuisse principē senatoris, Cicero pro Sextio, Sallust. in Jug. & Afconius 68. tradit.

a Quæ erāt comitia nobiliora, quæ ius maiores magistratus creari solebant.

b Ne malevolentissimus quidem, se esse offensum à me, iure dixerit.

c Quasi Casari magis quam reip. studeam. Oratione de provinciis.

d Consulatu primum Casaris, deinde etiam magis Pisonis & Gabinij, tribuno pl. Clodio. *e* Sententia in senatu, tabella in iudicio.

f A Platonis auctoritate. In epist. ad Perdicam.

g Sallust. de bello Jugurthino, in principio.

referente consule, comitiis *a* centuriatis, cum-
 stis ordinibus hominibusque incumbentibus
 omnibus denique suis viribus recuperasset. Ne-
 que verò ego mihi postea quidquam assumpsi,
 neque hodie affirmo, quod quenkum *b* male-
 uolentissimum iure possit offendere: tantum e-
 nitor ut neque amicis neque etiã alienioribus,
 opera, consilio, labore desim. Hic meæ vitæ cur-
 sus offendit eos fortasse, qui splendorem & spe-
 ciem huius vitæ intuentur, solitudinem au-
 tem & laborem perspicere non possunt. Illud
 verò non obscure queruntur in meis sententiis,
 quibus ornem Cæsarem, *c* quasi desciverim à
 pristina causa. Ego autem cum illa sequor quæ
 paulò ante proposui, tum hoc non in postremis,
 de quo cœperam exponere. Non offendes eun-
 dem bonorum sensum Lentule, quem reliqui-
 sti? qui confirmatus consulatu nostro, nonnun-
 quam postea interruptus & *d* afflicus ante te
 conulem, recreatus abste totus est, nunc ab iis
 à quibus tuendus fuerat, derelictus: idque non
 solum fronte atque vultu (quibus simulatio fa-
 cillimè sustinetur) *ij* declarant, qui tum no-
 stro illo statu optimates nominabantur, sed et-
 iam *e* sententia sæpè iam tabellæque docuerunt.
 Itaque tota iam sapientium civium (qualem
 me & esse & numerari volo) & sententia & vo-
 luntas mutata esse debet. Id enim iubet idem
 ille *f* Plato, quem ego auctorem vehementer
 sequor: TANTUM contendere in repub. quãtum
 probare tuis civibus possis: vim neque *g* parenti
 neque patriæ afferre oportere. Atque hanc qui-
 dem ille causam sibi ait non attingendæ reipub.
 fuisse, quòd quum offendisset. populum Athe-
 niensem

niensem propè iam desipientē senectute, quū-
 que cum nec persuadendo, nec cogendo regi
 posse vidisset, quū persuaderi posse diffideret,
 cogi fas esse non arbitraretur. Mea ratio fuit a-
 lia, quòd, neque desipiente populo, a neque in-
 tegra re mihi ad consulendum capefferemne
 rempub. implicatus tenebar. Sed lætatus tamen
 sum quòd mihi liceret in eadem causa vtilia &
 cuius bono recta defendere. Huc accessit com-
 memoranda quædam & diuina Cæsaris in me
 b fratremque meum liberalitas: qui mihi, quas-
 cunque res gereret, tuendus esset, nunc in tan-
 ta felicitate tantisque victoriis, etiam si in nos
 non is esset qui est, tamen ornandus videretur.
 Sic enim te existimare velim, quum à c vobis
 meæ salutis auctoribus d discesserim, neminem
 esse, cuius officiiis me tam esse deuinctum: non
 solum confitear, sed etiam gaudeam. Quod quo-
 niam tibi exposui, facilia sunt ea quæ à me de
 Vatinio & de Crasso requiris. Nam de Appio
 quod scribis, sicut de Cæsare, te non reprehē-
 dere, gaudeo tibi consilium probari meum. De
 e Vatinio autem, primū reditus intercesserat
 in gratiam per Pompeium statim ut ille prætor
 est factus, quum quidem ego eius petitionem
 grauissimis in senatu sententiis oppugnassem:
 neque tam illius lædendi causa, quàm defen-
 dendi atque ornandi Catonis: post autem Cæ-
 saris, ut illum defenderem, mira f contentio
 est consequuta. Cur autem laudarim, peto à te
 ut id à me nève in hoc reo nève in aliis requi-
 ras: ne tibi ego idem reponam, quum veneris:
 tamen si possum vel absentem. Recordare enim
 quibus laudationem g ex vltimis terris miseris.

Nec

a *Iam enim
 antea me resp.
 dederā: ut in-
 tegrū amplius
 non esset.*

b *Cæsaris in Gal-
 lia legatum.*

c *Ab ipso Len-
 tulo, & à Pom-
 peio.*

d *Vide ep. 12. l.
 6.*

e *Vatinius in
 prætura peti-
 tione Catonem
 superauit. Plu-
 tarch in Cato-
 ne Vticensi.*

f *Quia Vati-
 nius Cæsari cō-
 sulis tribunus
 pl. in omni re
 obsequutus est.
 ep. 1. l. 7.*

g *Ex prouincia
 tua, Hispania
 citeriore, qua
 Oceanum ter-
 rarum termi-
 num, attingit.*

Nec hoc pertimueris. nam à me ipso laudantur & laudabuntur iidem. Sed tamen defendendi Vatiniij fuit etiam ille stimulus, de quo in iudicio, quum illum defenderem, dixi me facere quiddam quod in Eunuchò parasitus suaderet militi.

*Vbi nominabit Phadriam, tu Pamphilam
Continuò. si quando illa dicet, Phadriam
Comessatum intromittamus: tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. si laudabit hac
Illius formam: tu huius contrá, deniq,
Par a propari reserto, quod eam mordeat.*

*a In quibusdã
libri legitur,
Par pari, cor-
rupte, si versũ
metiarũ.*

*b Sincerent me
defendere P.
Vatiniũ, quũ
illi tantopere
diligenter P.
Clodium.*

*c Odium meum,
ab illius iniu-
riis natum.*

sic petui à iudicibus vt, quoniam quidam nobiles homines, & de me optimè meriti, nimis amarent inimicum meum, meque inspectante sæpè eum in senatu modò seuerè seducerent, modò familiariter atque hilarè amplexarentur, quoniamque illi haberent suum Publium, darent mihi ipsi *b* alium Publium, in quo possem eorum animos mediocriter lacessitus leuiter repungere. Neque solùm dixi, sed etiam sæpè facio, dijs hominibùsque approbantibus. Habes de Vatiniò: cognosce de Crasso. Ego, quum mihi cum illo magna iam gratia esset, quòd eius omnes grauissimas iniurias, communis concordix causa, voluntaria quadam obliuione contriueram, repentinam eius defensionem Gabiniij, quem proximis superioribus diebus acerrimè oppugnasset, tamen, si sine vlla mea contumelia suscepisset, tulissem: sed, quum me disputantem, non laessentem, laessisset, ex acie, non solùm præsentì, credo, iracundia (nam ea tam vehemens fortasse non fuisset) sed quum inclusum illud odium mul-

tarum

tarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repente apparuit. Quo quidem tempore ipso quidem homines, & iidem illi *a* quos sæpe nutu significationeque appello, quum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea, meque tum denique sibi esse visum reipubl. qualis fuisset, restitutum, quumque ea contentio mihi magnum etiam *b* foris fructum tulisset: gaudere se dicebant, mihi & illum inimicum, & eo qui in eadē causa essent, nunquam amicos futuros. Quorum iniqui sermones quum ad me per homines honestissimos perferrentur, quumque Pompeius ita contendisset ut nihil unquam magis, ut cum Crasso redirem in gratiam, Caesarque per literas maxima se *c* molestia ex illa cōtentione affectum ostenderet: habui non temporum solum rationem meorum, sed etiam naturæ: Crassusque, ut quasi testata populo R. esset nostra gratia, penè à meis laribus in prouinciam est profectus. Nam quum mihi *d* condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. Quamobrem eius causam (quod te scribis audisse) magna illius commendatione susceptam, *e* defendi in senatu, sicut mea fides postulabat. Accipisti, quibus rebus adductus, quamque rem causamque defenderim, quique meus in republ. sit pro mea parte capeffenda status. De quo sic velim statuas. me hæc eadem sensurum fuisse, si mihi integra omnia ac libera fuissent. Nam neque pugnandum arbitrarer contra *f* Crassi, Pompeij, Casaris in rep. possent, *f* summorum ciuium principatum: consentientiū.

neque

a Eosdem significat supra in hac ipsa epist.

b Vulgo, ut lib. 2. ad Q. fr. 1. oru planditur.

c Quum Crassi filij, Marcus, quaestor: Publius, Casaris in Gallia legatus esset de bello Gall.

d Denunciasset Festus.

e Vide de hac defensionis cap. 8. lib. 3.

f Crassi, Pompeij, Casaris in rep. consentientiū.

*a De quibus
vide supra.*

*b Tuetur suum
cor filium à si-
mili.*

*c Semper bene
sentire, & pa-
triam diligere.*

*d Pompeij, cu-
ius voluntati
obstistere non
possum.*

*e Ep. lib. 5.
f Cas. lib. 5.*

*g Apud popu-
lum ep. 7.*

*h Ep. ult. l. 3. ad
2 fr.*

neque permanendum in vna sententia, conuer-
sis rebus ac a bonorum voluntatibus immuta-
tis, sed temporibus assentiendum. **NUNQUAM**
enim praestantibus in rep gubernanda vna lau-
data est in vna sententia perpetua permansio.
Sed vt in nauigando tempestatari obsequi *b* artis
est, etiam si portum tenere non queas, quum ve-
rò id possis mutata velificatione assequi, stul-
tum est eum tenere cum periculo cursum quem
ceperis, potius quàm, eo commutato, quò ve-
lis tamen peruenire: sic, quum omnibus nobis
in administranda rep. propositum esse debeat
(id quod à me sapissimè dictum est) cum digni-
tate otium, **NON** idem semper dicere, sed *c* idem
semper spectare debemus. Quamobrem, vt pau-
lò antè posui, si essent omnia mihi solutissima,
tamen in rep. non alius essem atque nunc sum.
Quum verò in hunc sensum & alliciar *d* bene-
ficiis hominum, & compellar iniuriis, facilè *e*
patior ea me de rep. sentire ac dicere, quæ ma-
ximè cum mihi tum etiam reip. rationibus pu-
tem conducere. Apertius autem hæc ago ac sa-
pius, quòd & Quintus, frater meus, *f* legatus
est Cæsaris, & nullum meum minimum dictū,
non modo factum, pro Cæsare intercessisset,
quod ille non ita illustri gratia exceperit, vt e-
go cum mihi deuinctum putarem. Itaque eius
omni & gratia, quæ *g* summa est, & opibus,
quas intelligis esse maximas, sic fruor vt meis.
Nec mihi aliter potuisse videor hominum per-
ditorum de me consilia frangere, nisi cum præ-
statis iis quæ semper habui, nunc etiam *h* po-
tentium beneuolentiam coniunxissem. His ego
consiliis si te præsentem habuissem (vt opinio
mea

mea fert) effem vsus eisdem. Noui enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ: noui animum tum mihi amicitissimum, tum a nulla in cæteros maleuolentia suffusum, contraq; cum magnum & excelsum, tum etiam apertum & simplicem. Vidi ego quosdam in te tales, quales tu eisdem in me videre potuisti. quæ me mouerunt, mouissent eadem te profectó. Sed, quocunque tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, *b* tu eris omnium moderator consiliorum meorum: tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ. Me quidem certè tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium *c* socium comitemque habebis: neque mihi in omni vita res tam erit vltia proposita, quàm vt quotidie vehementius te de me optimè meritū esse latere. Quod rogas vt mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim: sunt orationes quædam, quas *e* Menocrito dabo, neque ita multæ vt *f* pertimescas. Scripsi etiam (nam etiam ab orationibus disiungo me ferè, referoq; ad mansuetiores musas, quæ me maximè, sicut iam à prima adolescentia delectarunt) scripsi igitur Aristotelico more, *g* quemadmodum quidem volui, tres libros in disputatione ac dialogo. De oratore: quos arbitror Lentulo tuo fore non inuitiles. abhorrent enim à *h* communibus præceptis, & omnem antiquorum & Aristotelicam & Isocraticam rationem oratoriam complectuntur. Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis: quos iam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem. sunt enim testes & erunt sempiterni meritorum tuorum erga me, inæ-

a Exponit quod, dixerat, moderationem naturæ.

c Totum se ad Lentuli arbitrium confert.

b Propriè socius agentem adiuvat, comes euntem sequitur.

e Liberto.

f Diurno legendi labore deterritus.

g Nescio an sim assequutus, volui quidem certè.

h Quæ vulgò docentur à venalibus magistris.

i De exilio & restitutione.

a Videtur subaudiendū, non missi.

b Quod ad literas & studia mea pertinet.

c Vide ep. 13. l. 9.

d Quae erat pars Lentuli prouincia, nā etiā Asia partem regebat.

e Oratorium maxime.

f Ostendit se in suis libris mentionem futurum beneficij à Lentulo accepti.

g Lex curiata imperium & milites dabat rectoribus prouinciariū. Vide orationem 2. in Rullum.

que in te pietatis. *a* Sed, quia verebar, non eos qui se laesos arbitrarentur (etenim id feci parè & molliter) sed eos quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. Quos tamen ipsos libros, si quem cui rectè committam, inuenero, curabo ad te perferendos. Atque istā quidem *b* partem vitæ consuetudinisque nostræ totam ad te defero, quantum literis, quantum studiis, veteribus nostris delectationibus, consequi poterimus id omne ad arbitrium tuum, qui hæc semper amasti, libentissimè conferemus. Quæ ad me de tuis rebus domesticis scribis, quæque mihi commendas, ea tantæ mihi curæ sunt ut me nolim admoneri, *c* rogari verò sine magno dolore vix possim. Quod de Quinti fratris negotio scribis, te priore ætate, quod morbo impeditus in *d* Ciciliam non transieris, conficere non potuisse, nunc autem omnia facturum ut conficias id scito esse eiusmodi, ut frater meus verè existimet, adiuncto isto fundo patrimonij fore suum per te constitutum. Tu me de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui nostrique studiis & *e* exercitationibus, velim quam familiarissimè certiore & quam sæpius facias: existimesque, neminem cuiquam neque cariorem neque iocundiorē vnquam fuisse, quam te mihi: idq; me, non modò ut tu sentias, sed ut omnes gentes, etiam ut *f* posteritas omnis intelligat, esse facturum. Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in senatu palam, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortitutum esse cum collega prouinciam: si curiata lex non esset, se paraturum cum collega, tibiq; successurum *g* legem curiatam consuli ferri opus

pus esse, necesse non esse: se, quoniam ex s. c. prouinciam haberet, lege Cornelia, imperiū habiturū, quoad in urbem introiisset. Ego quid ad te tuorum quisq; necessariorum scribat, nescio: varias esse opiniones intelligo. Sunt qui putent posse te non decedere, quod sine lege curiata tibi succedatur: sunt etiam qui, si decedas, à te a relinqui posse qui prouinciæ præsit. Mihi non tam de iure certum est (quanquam ne id quidem valdè dubium est) quàm illud, ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, b liberalitatem, qua te scio libentissimè solere frui, pertinere, te sine vlla mora prouinciam successori concedere, præsertim quum sine suspitione tuæ cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. Ego vtrunque puto meum esse, & quod sentiam, ostendere, &, quod feceris, defendere.

SCRIPTA iam epistola superiore, accepi tuas literas de publicanis: quibus æquitatem tuam non potui non probare. Felicitate autem, quod vellem, consequi potuisses, ne eius ordinis, quem semper ornasti, rem aut voluntatem offenderes. Equidem non desinam tua decreta defendere: sed nosti consuetudinem hominum: scis quàm grauitè inimici illi ipsi. c Qu. Scæuolæ fuerint. Tibi tamen sum auctor, vt, quibus rebus possis, eum tibi ordinē aut reconcilies, aut mitiges. Id etsi difficile est, tamen mihi videtur esse prudentiæ tuæ. Vale.

ARE. Iocosa est epistola, & salibus referta. Vnum extra iocum, se egisse gratias Lentulo, Ciliciam administranti, de officio in ipsum collato.

a Vt reliquit ipse Cicero Cæliū quaestorem.

b Hic non ad largitionē, sed ad quandā animi magnitudinē & gratificandi cupiditatem referatur. ep. 3. lib. 10.

c Qui summam iustitiam Asiam rexit: vt etiam ad honorem eius dies festi, Mutia, sunt instituti.

Iocatoria.

M. Cicero s. D. L. Valerio iurif-
consulto.

10.

a Iocatur, quae
si iuriconsultū
eum appella-
uerit, non ve-
ritatis, sed gra-
tia causa, epi.
2 l. 3.

b Vide scholia
in extremo lib.

c Vide ep. 21. l. 7.

d Iocatur in
Valerij ignobi-
litate, quasi
à propinquis &
amicis esset ad-
modum inops.

C Vx enim tibi hoc non gratificer, nescio,
præsertim quum his temporibus, audacia
pro sapientia liceat vti. Lentulo nostro egi per
litteras tuo nomine gratias diligenter: sed tu ve-
lim desinas iam nostris literis vti, & nos ali-
quando reuisas, & ibi malis esse vbi aliquo nu-
mero sis, quàm istic, vbi solus sapere videare:
Quamquam qui istinc nunc veniunt, partim te
b superbum esse dicunt, quòd nihil respondeas,
partim contumeliosum, quòd malè *c* respon-
deas. Sed iam cupio tecum coram iocari. Qua-
re fac vt quamprimum venias, neque in Apu-
liam tuam accedas, vt possimus saluum ve-
nisse gaudere. Nam illò si veneris,
tanquam Vlysses, cognosces tuo-
rum *d* neminem.

Vale.

CICE.